precib[us] et multâ cogitatione dignam, sed quae tota di-
Θεῷ [illegible]. In hujus ergò moderamine, ut decet, ac-
quiesco: et hunc denuò toto pectore invoco, ut vos
dirigat. Studia verò et officia mea, quae possum omnia
inclytae huic Academiae defero promtissimè. Bene va-
leat M. T. Die 18 Februar: 1597.

Magnificentiae T.
studiosissimus
David Pareus D.

298)

D. Johanni Jacobo Grynaeo
David Pareus S.

Honorande in Christo Domine frater.
Audimus Tigurinos fratres meditari an-
τίγραμμα adversus maledicum canem Philip-
pum Nicolai, qui verè est alter Huber[us].
Par enim uterque canina rabie, dicacitate
et impudentia: licet alterum fortunae te-
lo seu verius Dei vindicis manu pressus, ip-
se aliquid humanitatis prae se ferat, et sit
lupus in fovea. Studio illi haud dubiè opti-
mo id agunt, ut Deus quem ἀλάστορα ille Calvi-
nistarum vocat, à blasphemiis vindicetur.
At nobis quidem, qui propius hic turbas
istas aspicimus, videtur canis ille solo flag-
ro vindicandus. Nam et ille planè indignus
est cui respondeatur, homo nullâ literatu-
râ imbutus, sed loquacitate solâ ad scriben-
dum armatus: blasphemiae vero pleraeque
adeò sunt mendaces et crassae, ut qui ex adver-
sariis vel micam pietatis habent, ipsi eas
exhorrescere cogantur. An vero Deo,

quem ille videt, non putamus ad vindictam sat vi-
nium fore, cum tempus erit. l. Nomen et adver-
sarium aptat, per quem inclarescat, nec quaeso ser-
viamus hominis libidini; Vidimus multa
hujus generis semestria scripta silentio inter-
iisse: multa contra turbas graves dedisse, quo-
rum fuit suscepta hinc quidem refutatio, isthinc
vero defensio. Curando fieri quaedam gravio-
ra videmus, vulnera quae melius non tetigisse fuit.
Affirmant Prudentes, quod ipse nostri Selnec-
cerum per D. Bezam inclaruisse. Sic ille
Schafmannus hodie per Piscatorem. Si potes
sat tempestive, mone quaeso Tigurinos, ut non
quid protervia adversarii mereatur, sed quid
consultum sit cogitent. Scio, vulgus se pascere
illis quisquiliis. Sed nec diu, nec cum profectu:
immo qui sordet sordescat magis. Bonis aliud de-
est consultum; et postea tandem, ubi tempus
erit, h.e. ubi fratres mei fratres sat fuerint mu-
tuo tumultuati, cum aliquod scriptum edi debe-
bit hoc negotio προσφορῶ. Haec tibi de senten-
tia collegarum meorum scribo. Si tamen illis
vel etiam vobis diversum videbitur, non obsta-
mus: et optamus ut bene cedat. Casparus noster
valet et facit officium. Vogelinus hoc mense Lute-
tia reversus nec ad suos Lipsiam concessit, pa-
ternam haereditatem Witebergae non contemnen-
dam. Nimedomius p.m. nondum nobis est re-
stitutus. Luis semina hic repullulabant, tamen
leviter, nam aliis diebus nullum funus vidimus,
quae fama curiam Mosbacensem et aulam Am-
bergensem denuo exterruit: ut ante exactum bi-
ennium reduces vix speremus. Veniet ad vos paulo
post nobilis adolescens Christ. à Langenaw
Silesius cum praeceptore Joh. Langio juvene
erudito et pio, qui nuper Lutetia huc ap-

pulerundi, per Basileam visuri etiam Genevam. Hos
tibi, si venerint, dignos tua benevolentia com-
mendo. Vale vir clarissime, et me quod facis ama.
Dominus te diu incolumem Ecclesiae servet, et
sanctis tuis laboribus indies benedicat. Saluta
ex me D. Polanum amicum et hospitem meum
suavissimum. Salutant vos officiose collegae mei.
Heidelb. XXVII. Julij 1597.

T. T.

D. Pareus.

299] Clariss. D. Polano D. Pareus S.

Spalecium et Wilhelmum nostrum, fra-
ter in Christo honorande, volui vacuos
ad vos dimittere: quanquam, quod ad no-
stra, pro viva epistola esse poterant.
De reformatione Bavarica nihil inte-
rim a nostris accepimus, nisi quod deca-
logi integri usus in Marchiana schola sit in-
ditus, et stentores adversarii non cessent ex
cathedris plebem in nos inflammare, dum
nostri cunctanter rem agunt. Si vidisti re-
sponsum germ. cujusdam Conradi Ostman adver-
sus meum ἀνταπόδειξιν, id Schopperi esse num
cognovisti? cujus pag. 73. Electori nostro per-
fidiae notam non dissimulanter impingit, ea
res brevi credo in actionem veniet. Idem
ante biennium catechesin Lutheri in more
Lipsiae evulgavit contra authoris mentem
ita varie interpolatam et corruptam,
ut speram hanc causam solam ad in falsissi-
mum hominem exturbandum satis fore.
Interim de reditu illustrissimi Palen-
tinum alterum: et minimus sperandum, ob